eum absoluisse·nec decetero potest eũ uitare·|Nec tu potes uitare aliquẽ cui tuus communicat episcopus· Licꝫ tamen aliquis per talꝫ absolutionẽ absolutus esse intelligatur quantum ad communionem aliorum· postea tamẽ debent ab eo recipi disciplina ⁊ iuramentum·⁊ si obedire noluerit in eãdẽ retrudetur sentẽciam in qua priꝰ fuit·

De priuilegio sepeliendi excommunicatos· |Ca·cvi·

Tem magna solet esse dubitatio de his q moriunt' subito sine cõfessione·uel excõicati fuerint· ⁊ tamen aliqua in extremis signa penitentie habuerunt· utrum·s· in cimiterio debeant sepeliri· Similiter etiam ualde dubitatur de priuilegius hospitalariorum qui subito defunctos in cimiteriis sepeliũt·nisi nominatim fuerint interdicti uel excommunicati·de quibus dicetur· Constat enim quãdoqꝫ q aliquis sine confessione moritur ⁊ communione· ⁊ tũc nõ solet eum proprius sacerdos sepelire in cimiterio·sed si inueniret' nomen eiꝰ scriptum inter fratres hospitales·⁊ q annuatim aliquid illuc solueret·hospitalarii per priuilegiũ suum in benedicto cimiterio nisi nominatim fuerit interdictus ipsum sepeliunt· Illud enim ex sacerdotum errore cõtingit· q nolunt sacerdotes illum sepelire qui sine cõfessione ⁊ communione morit'· Dicit enim canon Cuicunqꝫ communicamus uiuo·cõmunicabimꝰ ⁊ defuncto Vnde q̃uis aliquis subito moriatur si prius ad ecclesiã admittebat' nec exclusus nominatim fuit· potest ⁊ debꝫ eum sacerdos cum debita solẽnitate in cimiterio sepelire· In quadã enim regione praua fuit cõsuetudo q cũ aliquis subito moriebat'·amicus eiꝰ aliquis iudicio aque probauit q penitens in morte fuit·⁊ ita in cimiterio sepultus fuit· Talia autem iudicia scilicet aque frigide uel ferri cãdentis modo generaliter in ecclesia prohibentur quia subire huiusmodi iudicium nihil aliud est q̃ temptare deum· Sciendum tamen est q eo tẽpore quo milites torneamẽta exercẽt· omnes excõmunicati sunt. Vnde quidaꝫ miles in torneamẽto occisus extra cimiterium est sepultus·Amici autem eius ad dominum papam uenerunt· ⁊ q manus dextra mortui super uultum eiꝰ ad faciendum crucem inuẽta fuerit ,pbauerunt·⁊ per hoc probatũ fuit q ĩ morte penituit. Summus ergo põtifex illum in cimiterio sepeliri precepit·Vñ q̃uis aliquis nominatim etiam excõmunicatus moriat' dummõ q ĩ morte fuit penitens possit probari· Verisimile est q in cimiterio debeat sepeliri· Sed notandum q si aliqua villa nominatim fuerit excommunicata uel interdicta hoc modo. Excommunicamꝰ uillam illam cum omnibꝰ habitatoribus suis·Nihilominus si qs ibi mortuus fuerit· eum hospitalarii in cimiterio sepelire solebant. quia in excommunicatione non fuit nominatus proprio nomine sed male priuilegium suum interpretati sunt· Exquo enim uilla cum suis fuit habitatoribꝰ nominata·satis fuerunt parrochiani in excommunicatione nominati· ⁊ qa non recipiebant' in uita ad communionem nõ debebãt recipi in morte ad

sepulturam. Sed si sentēcia lata fuerit in genere hoc modo. Excōmunicamꝰ omnes illos qui hoc maleficiū fecerūt quia sine magna probatōne scirī non potest quis hoc fecerit. ⁊ quia non uitamus aliquem in excommunicatione licet forte reus aliquis sit illius criminis. exquo nescit quis fecerit. nullꝰ talium nominatim excommunicatus ē. Vnde nec a xpiana arcēdus est sepultura. Ex hoc ergo patet ꝙ quantum ad sepulturā nihil habēt iuris hospitalarii per priuilegiū suum quod non habeat simplex sacerdos ī sua parrochia. Ad hoc tamen ualet eis ꝙ si aliquis locus nominatim fuerit interdictus. ubi solēt colligere elemosinas. ad locum illum possunt uenire. ⁊ hostiuꝫ ecclesie aperire. ⁊ missaꝫ celebrare. ⁊ sias elemosinas colligere. exclusis tamē nominatim excommunicatis ⁊ iterdictis. Hoc autem facere non possunt nisi semel in anno. in illo scꝫ die qui constitutus est eis. Item in aliquibꝰ locis est cōsuetudo ꝙ si debito defunctus est obligatus aliquo. pōt ille cui debetur mortuo inhibere sepulturaꝫ. donec uxor uel amici satisfaciāt debitori. Hoc autem in multis locis īmutatum est. quia exquo cōmunicamꝰ ei uiuo. communicabimus ⁊ mortuo Similiter cōsuetudo est alicubi. ꝙ si qs tenetur alii de damno uel debito ⁊ nō uult ei satisfacere. pōt ei communioneꝫ altaris in die pasche, pbibere. sed hoc ideo cōtingit quia manifeste est impenitens. exquo satisfacere cui tenet' renuit. quia impenitenti manifeste danda non est eucaristia.

Q. sacerdos debet confitenti sermunculum dicere consolationis.

Capitulum. cvii.

Vnde hoc dicēdum est ꝙ sacerdos debet aliquem sermūculum breuem facere tanq̄ prohemium omni ad confessionem veniēti. ad excitandam deuotionem suaꝫ ⁊ ad hortandum ut non erubescat cōfiteri. Debet autem ostendere penitenti quantam habeat uirtutem confessio'. Ipsa enim secunda tabula est pꝰ naufragium. Fracto enim baptismi federe nullum restat remedium nisi confessio. Mortale autem peccatum quasi uenenum mortiferuꝫ est in anima. qd̄ oportet quasi euomere per cōfessionē ad hoc ut sanetur anima. Judas uero per humilem confessionem euomere peccatum suum noluit. ⁊ per uiscera suffusa animam emisit quando suspensus crepuit medius. Si autem humiliter confessus ueniam petisset. sine dubio eam obtinuisset. quia maior est misericordia dei q̄ omnia peccata que sunt uel unq̄ fuerunt uel esse pnt.

Dicendum est etiam penitenti ꝙ est euomenda omnis turpitudo peccati. ⁊ quia magna turpitudo est ex circūstantiis. dicendum est ei ꝙ omnes cōfiteatur circūstantias cum ipsa turpitudine peccati. Si enim pars aliq̄ remanserit non est uera confessio De circumstantiis autem satis dictū est supra. Dicendum etiam est ei ꝙ omnia peccata simul ⁊ uni sacerdoti confiteātur. quia sicut dicit beatus Aug. Nescit dominus dimidiam dare ueniam qui nescit dimidiam recipere penitentiam. Nec potest sacerdos aliquē absoluere ab uno peccato nisi ab omni